Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Collectio

Per omnia Prefacio in annunciacõe s. Marie
secula seculorũ. Amen. Dominus uobiscum.
Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dnm.
Gracias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum e.
Vere dignum et iustum est. equum et salutare.
nos tibi semper et ubique gracias agere domine sce
pater omnipotens eterne deus. Qui te in annunci
atione beate marie semper uirginis collaudare.
benedicere. et predicare. que et unigenitum tuum
sancti spiritus obumbratione concepit. et uirginitatis
gloria permanente lumen eternum mundo effu
dit iesum xpm dominum nrm. Per quem maiestatem
tuam laudant angeli. Adorant dominationes.
Tremunt potestates. Celi celorumque uirtutes ac
beata seraphin socia exultatione concelebrant. Cũ
quibus et nostras uoces ut admitti iubeas deprecamur
supplici confessione dicentes. Sanctus. Sanctus.

Per omnia Prefacio in annunciacõe s. M. Iplenis off.
secula seculorũ. Amen. Dominus uobiscum. Et cum
spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dnm. Gra
cias agamus domino deo nro. Dignum et iustum est.